Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1066
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

rem uel aliud dicere. ¶ De uotis que si habet quod
non potest bene implere. Vel dubitat. Et si habet in hoc
spacium auctoritatem dispensandi ut potius in aliud pium
opus commutet. ¶ Si uero non habet illam
auctoritatem remittat eum quantum ad hoc ad superiorem uel eius
vicarium. ¶ Item caueat ne in virgines presertim
post fiat pudicicia inicitis alicui. quod postea det causam
occasio ruine spiritualis quam post per ipsum occultum
possit aliis manifestari. ¶ Item permaxime caueat confi-
tentes ante et in fine confessionis omnibus quibus
potest inducat ad contritionem. et ne dicat sicut
fabulam peccata sua. sed cum detestatione. Et ut dicit
Augustinus. Caute et astute interrogando quod credit
quod ille ex verecundia vellet occultare. circa tamen
non descendendo ad particulares circumstantias. per quas
habetur sufficienter species peccati. Et in huiusmodi circumstantiis
interrogando. ne doceat homines intelligere mali-
cias quas antea nesciuerunt. secundum Thomam. ¶ Ammo-
neat etiam in fine post omnia ut uitet malas socie-
tates. ut frequenter confiteatur. ut sepe audiat
verbum dei. ut oret semper orationes. et participatione
bonorum que fiunt in religionibus. et indulgenciis. et
huiusmodi.

Circa infirmos. ¶

Circa infirmos sic est agendum. aut enim talis
est in articulo mortis aut non. ¶ Et de periculo
mortis non solum quia est in extremis con-
stitutus. sed esse quod est infirmus infirmitate ex qua frequenter
contingit homines mori. et ubi medicus dubitat.
Primo enim tunc potest quilibet absolui a quolibet
sacerdote. dummodo non perficit de quolibet peccato et quolibet
summa. cum periculum est in mora. ¶ Alius vero infirmus
qui omisit iam loquelam aut usum rationis. puta quia
freneticus. aut non. ¶ Et in primo casu. Si bene
viuebat ut bonus et fidelis. et frequentabat
confessionem et communionem et huiusmodi. quamuis sacra non
perceperit. quia ex improuiso talia ei acciderunt